

ep. V, 44 und VII, Ind. 2, 49) vermengen aber die Texte derart, dass gar kein sachlicher und kaum ein formeller Unterschied gemacht werden kann; Gussanv. sagt ausdrücklich, dass er die Briefe für identisch hält. Auch Ewald war, wie aus den Gregorstudien (N. A. III, S. 463 Anm. 2 und a. a. O.) und aus der Jaffé-Ausgabe (1425) zu ersehen ist, zunächst der Unterschied entgangen. Nur aus einer handschriftlichen kurzen Notiz glaube ich schliessen zu können, dass er später seine Ansicht geändert hat. Die Gegenüberstellung der beiden Texte (nach Ewalds Collationen) scheint mir jeden Zweifel über die Verschiedenheit zu beheben.

R, r.

Reg. VI, 42 (a. 596, Iul.)

Gregorius Bonae abb.¹

Ecclesiastica damnum non sentit utilitas, si res aliis competentibus cognita veritate restituat. Atque ideo cognovimus quondam Iohannem, presbyterum sanctae Romanae cui Deo auctore deservimus ecclesiae, in domo iuris sui posita in hac urbe Roma iuxta thermas Agrippianas oratorium construxisse ibique quosdam redditus legati titulo per testamenti sui seriem reliquisse, in quo oratorio servorum Dei congregationem esse constituit; et haec omnia ut debuissent impleri, testamenti sui pagina sanctae memoriae decessori nostro Pelagio noscitur deputasse. Sed quia necdum hoc occurrit implere et domus ipsa cum horto suo ab actoribus nostrae ecclesiae detinetur et idcirco hactenus necdum voluntas defuncti completa est, nostra sollicitudine piaedestinationis voluntatem et hoc quod decessori nostro iniunctum est praevidimus esse complendum. Ideoque neces-

R, q, C.

Reg. IX, 137 (a. 599, Apr.)

Gregorius Bonae abbatisae².

Ecclesiastica damnum non sentit utilitas si res aliis competentibus cognita veritate restituat. Cognovimus itaque Iohannem quondam presbyterum sanctae Romanae cui Deo auctore deservimus ecclesiae, in domo iuris sui posita in hac urbe Roma iuxta thermas Agrippianas oratorium construxisse atque illic quosdam redditus legati titulo reliquisse, in quo etiam oratorio servorum Dei congregationem esse constituit; ut haec omnia debuissent impleri, testamenti sui pagina sanctae memoriae Pelagio decessori nostro mandaverat. Sed quia morte occupatus hoc non occurrit implere et domus ipsa cum horto suo ab actoribus nostrae ecclesiae detinetur, iustitiae nos ratio vehementer incitat huiusmodi piae dispositionis arbitrium adimplere. Sed quoniam illic pro difficultate temporis nova servorum Dei congregatio adhiberi non potuit, feminarum saltem ibi congregationem con-

1) 'abb.' r2; 'abbas' R.

2) 'abbatisae' C; 'abbatis' R.